

Commentaria

IN SACROSANTA QVA
tuor Christi Euangelia ex Chrysostomo
mi aliorumq; veterum scriptis magna
ex parte collecta, Autore quidem Eu-
thymio Zigabono, interprete verò Io-
anne Hentenio Nechliniensi Hierony-
miano.

In hoc opere graphicè admodum redactum est
in compendium, quicquid ad Euangeliorum ex-
planationem diffusè tractant Origenes, Basilius,
Nazianzenus, Chrysostomus, cæterique
theologi Græci.

Addidimus & in calce confutationem Iudaicæ cuiusdam
imposturæ, sive libelli de falso legali sive Christi sacer-
dotio, ex Suida desumpti.

P A R I S I I S,

Apud Mathurinum Dupuys, sub signo hominis
sylvestris. Et insigni Frobeniano, via
ad D. Iacobum.

1547

esde la Comp. de Jesus de Loyola.



Mart. Mesnartij Parisiēn. in hos comen-
tarios tumultuarij Elegi,

En tibi, quod sancta latitabat in arce Mineruæ,
Lector, ab æthereo cardine prodit opus.
Ecce venit tandem venit expectatus in auras
H V T H Y M I V S, non vir sed monumenta viri.
Nec tibi linguacis millesima pagina glossę
Editor, ingenii nausea, furca, chaos.
Hoc pini strobylus concluserit. Addc quod offert
Nil nisi mel Charitum, purpureasque rosas.
Quicquid floris habent veterum digesta Catonum,
Hic iacet, & nostra hæc secula quicquid habent.
Quin etiam propriis nata ostentabit in hortis
Plurima, quæ necdum vel schola longa tulit.
Sed neque fraudandus laude est fidissimus hermes,
Quem summè in precio musa trilinguis habet.
Verius haud potuit quisquam tibi Græca Latinis
Reddere, & ignotum sic celebrare virum.
Quid quod & illustrat scholiis quæ nuda videntur
Prodita, ut & cæcis cæca patere queant.
Ergo age, vel saltem vacua sub nocte libellum
Discute, quas nunquam forte, videbis opes.

Eiusdem ad librum Phaleucium H V T H Y M I I
nomen primis versuum elementis colligens.
Exi, quin volita liber. liber ne?
Verum rectius aurea hercle Pallas.
Tristem siste metum, nec expauesce
Hyblæi tua plena mellis ora
Momo credere zoilisque nostris.
I per Pontica, per Getas, per Indos,
Vel seres, animique rotus esto:
Sic fert H V T H Y M I I sonatue nomen.

Illud idem disticho retrogrado.

Exiliis liber, en volites mihi crede, timorem
Inde procul pellas: id sonat H V T H Y M I V S.

Illustriſſimo ac REVERENDIſſIMO DO- mino D. Francisco à Bouadilla Epi- ſcopo Cauriensi, Archidiacono To- letano, &c. Ioannes Hente- nius Nechlinien.

S. D.



IBONVM eo p̄ficiātius esse quā
to cōmuniū, nemo est vel medio-
criter morali philosophia instru-
ctus qui dabitet Pr̄fūl amplissi-
me, virtutum ac literarum anti-
stes: non erit etiam qui ambigat,
commune bonū priuato esse p̄-
ponendum. Idq; adeo verum est,
vt etiam Christus ſacratissimam
illam vitam ſuam, vilem habue-
rit, quo vniuerso generi humano ſalus adempta poſſit resti-
tui. Verū ne dicat quiſpiam Christi opera, vtpote
diuina, nequaquam in numerū eſſe redigenda: age &
ab Ethniciſis quoque paucos de innumeris referamus,
qui ſuam ſuorumque vitam communi bono poſthabue-
runt. In primis autem occurrit Iunius ille Brutus, pri-
mus Romanæ libertatis assertor, qui proprios filios, quod
fuissent confiliij de reducendis regibus particeps ſecuti iuſ-
ſit percuti: tametsi ex eorum cāde graui ipſe fauia-
retur vulnere: Quis enim amor ſequari poſſit patrum er-
ga filios amotis? Nec id ſane Vergiliū mlauit, qui de eo lo-
quitur in hunc modum:

Vis & Tarquinios reges, animamque superbam
Vtoris Bruti, făſcesque videre receptos?

Euangelii se-

CVNDVM MATTHAEVUM
enarratio diligéter ab Euthymio colle-
cta, qui maximè quidem ex interpreta-
tione sancti patris nostri Ioannis Chry-
sostomi, præterea & è diuersis aliis
patribus quædam in medium
attulit, & hanc explana-
tionem in vnum
collegit.



RIMVM quidē res fuisset ma-
ximè commoda, si literarum no-
bis non esset opus auxilio, sed ta-
lem viueremus vitā, vt corda no-
stra vice librorum nobis essent: &
quemadmodum hi atramento, ita
illa spiritu inscriberentur. Verūm
quia iam hāc repulimus gratiam,
vtinam vel secūdū amplexi fuisse
mus remediū, & literis ad id, quod
opus erat, vñi fuissemus. His nāq;

qui sub veteri fuere testamēto, puta Noe, Abraham, eiusq;
postoris, ipsi præterea Iob ac Moyſi, non per literas, sed per
seipsum loquitus est deus, nēpe qui mētes eorū puras rep-
perit. Postquam autem in ipsum vitiorum barathrum ceci-
dit vniuersus Hebr̄orum populus, tum eis tabulę ac litere,
reliquę fuerunt, vt per has pr̄teriorum occurreret memo-
ria. Similiter autem & his, qui sub nouo fuere testamento,

D E V A N G E L I V M S E C V N

D V M M A T T H A E V M.

I. gce. i.



N Euangeliorū inscriptionibus, Euāgelistę narrationem posuerūt, quod etiam testatur Lucas, dices. Quoniam complures aggressi sunt contexere narrationem earum certissimae fidei rerum, quae in nobis completæ sunt. Hanc autem narrationem, Euangeliū vocauerunt, quod bona hominibꝫ nunciet, puta deum hominem factum, hominem verò diuinum, dæmonum dissolutionem, peccatorum remissionem, regenerationem, adoptionem, & regni cælorum hereditatem. Euangeliæ vero dicuntur, non solum hi quatuor, verum etiam omnes simul Apostoli. de quibus pariter antea loquutus est Iesaias: Quām pulchri, inquiens, pedes euangelizantium pacem, euangelizantiū bona. Verū hi quatuor, proprie Euangeliæ votati sunt, quasi qui per scripturam omnia narrauerunt ac prodiderunt: cæteri vero omnes, tanquā qui hoc ipsum sine scriptura fecerunt.

Iesd. 52. E

L I B E R G E N E R A T I O N I S Iesu Christi.

Per generationem intelligit hic Ioannes Chrysostomus, Caput pri natuitatem. Dicitio siquidem γενεσις, quum sit generalis, ceterum lux- tiam hoc significat. Quidam autē dicunt, quod ex quo Christus Lati- stus supernaturaliter natus ex virgine, naturale renouauit norū enu- natuitatem, reliquum est, ut etiam Euangeliſta naturale na- merationē ciuitatis vocabulū renouauerit, generationē ipsam vocās.

F Iesus autem nomen Hebraicum est, significat autem salvatorem. Ipse enim, ait, saluum faciet populum suū à peccatis eorum. Ne autem fallaris in nomine varia significāte cū Iesus audis: siquidem & alius fuit Iesus; idcirco non simpli- citer ipsum dixit Iesum, sed Iesum Christum, hūc ab illo distinguis. Verū dubitare quispiā poterit, eo quod hic liber non solam contineat Christi natuitatem, sed & omnem eius conuersationem, ac viuendi rationem. Hanc dubitatio nem dissoluimus, dicētes omnis eius conuersationis, modiq;

C O N F . L I B . D E L E G . C H R I S T . S A C .

qui sacerdos non erat, sed de tribu Beniamini, rogatum etiā
Acto. 13. ut in synagoga Antiochiae Pisidiæ plæbem exhortaretur, ac doceret unā cum Barnaba, quum tamen ignoti essent: quod non modo tunis fecisse legitur, sed & Acto. 14. & 17. Iuxta consuetudinem suam, inquit, paulus introiit ad eos, & per tria sabbatha discerebat eis ē scripturis. Quare à docendi functione nullus excludebatur, si egregia polleret doctrina, quāvis non esset de tribu sacerdotali: quod etiam pluribus in locis videre est apud Christianos. Plæbem verò docere hymnos modulari, Leuitarum potius erat quam sacerdotum. Itaque quum doctrinæ Christi rumor per totam Galileam & Capernaum sparsus esset, tantaque signa edidisset, rogauerunt eum populares sui, ut in patria Nazareth doceret, signaque ederet. Non ergo docuit ex officio sacerdotali: sed quia ad hoc missus fuit à patre, ut quereret & salvum faceret quod perierat. Neque ergo ex Iosepho, neque ex illo sacrae scripturæ testimonio colligitur Iudeū Theodosium vera dixisse, immo apertissimis scripturæ testimoniosis probatum est illum ficta falsaque narrasse, simplicitatiq; Philippi argentarij veteratorie illusisse. Corruit igitur, opinor, dolus de sacerdotio Christi Aharonitico, Christianum sacerdotium spirituale manet, manebitque in æternum. Cui gloria, honor, & imperium in omne ævum. Amen.

P A R I S I I S ,

Excudebat Ioannes David in via noua diuæ Genouefes, sita in suburbis beati Marcelli,
Anno ab incarnato domino. M.D.XLVII.